

multa, aut incarceratione debeat puniri? *Priore modo*, non tenetur expensas refundere, etiamsi temerè & malitiosè litigaverit. Quandoquidem licet in criminalibus Reus causam injustissimam foveat; tamen temerè & malitiosè nunquam litigare præsumitur, quippe quod ei quoquo modo sanguinem suum tueri & defendere liceat. Unde qui pro redimenda vita & sanguine suo litigat, nunquam temerè aut malitiosè litigari præsumitur. Vide Carpz. *part. 3. q. 38. n. 7. 8. & 9. Pr. Crimin fol. 314.* Quod si verò neque capitali, neque corporis afflictiva pœna afficitur Reus, tum expensas seu sportulas judiciales, & cum primis illas, quæ ad ipsius defensionem sunt solutæ, utpote quæ in ipsius salutem tendunt, refundere tenetur. Is igitur, qui pœna corporis non afficitur, sed solummodò relegatur, simul in expensas litis à iudice æstimatas condemnari potest, quod multò magis obtinet, si pœna levioze puta carceris, vel multa pecuniaria reus plectatur. Berlich. *part. 4. Concl. 19. n. 16.* Nam in posteriore casu cessat ratio, ob quam restitutio expensarum solet remitti. Vide Blumbl. *ad h. artic. f. 423. & 424.*

In quibusdam tamen locis hæc consuetudo obtinet, ut subditi teneantur ejusmodi sportulas judiciales exsolvere. Petr. Heig *part. 2. q. 23. num. 9. & seqq. pag. 195.* Verùm ibi diligenter attendere oportet, ad quas demum expensas subditi sint obligati, numquid ad omnes, an verò ad illas demum, quæ pro faciendâ executione exsolvendæ sunt, teneantur. Nam cum illæ inter odiosa computentur, utique extensionem non admittunt. Vide Carpz. *part. 3. q. 138. n. 69. 70. & seqq. f. 319. Pr. Crim. Zieriz. ad h. art. pag. 201. Blumbl. ad h. art. p. 425.*

ARTICULUS CCV.

Ne Judex quidquam accipiat, ut judicet.

Wie die Richter von Straffung der Ubelthäter / keine sonderliche Belohnung nehmen sollen.

Wir sind hie berichtet / wie an etlichen Enden mißbraucht werde // daß die Richter von eines jeden Ubelthäters wegen / so peinlich gestrafft wird / sonder Belohnung von dem Ankläger begehren und nehmen / das ganz wider Anst und Würde eines Richters / auch das Recht und allg Billigkeit ist / wann ein solcher Richter / wo er von jedem Stück seine Belohnung hätte / möchte dem Nachrichter derhalbem wol zu vergleichen seyn. Darumb wollen wir / daß hinführo solche Richter // keine Belohnung von den Klägern fordern / oder nehmen sollen. AD